

Index Sectionum, & Paragraphorum.

Ad V. 47.

Sect. X. Magnum quoque Dei Genitricis negotium est, Nationes omnes illuminare Evangelicæ doctrinæ luce, num. 2390.

Textus enodatio, & illustratio de Christo, ac Deipara, num. 2412.

Ad V. 46.

Moralis illustratio.

Textus enodatio, num. 2397.

Sect. XI. Evangelica nova legis doctrina perennis, immutabilis, stabili, & incussa manebit per Jesum, & Jesuparam, num. 2402.

Sect. XII. Sapiens, homo est laboriosissimus, qui & suæ, & aliorum salvi laborare debet: sic plusquam homo reputabitur, & pro virili Deum ipsum amulabitur, num. 2414.



FACU-

FACULA
AD LUCEM
CAPITIS VIGESIMI-QUARTI
LIBRI
ECCLESIASTICI.



TRIGINTA ferè jam abhinc annis, cum Cordubæ in litteratissimo illo Sodalitii nostri Musæo sacrarum essent Scripturarum Interpres; cumque animadverterem, nulum adhuc extare, in tam scripturienti ævo è Jesuitis ad omnem eruditionem factis hominibus, Ecclesiastici enarratorem, bonam hujus libri partem publicè de suggestu succinctius commentatus sum, quam privato studio accuratè auxi, & recensui; tractatum præsertim prævium Ecclesiastici exploratorem, quem hîc præire decreveram. Sed cum diu cunctando procrastinaverim publicationem hujus meæ lucubratiunculæ, nonnulli interim è nostra Societate sui ingenii monumenta publicarunt, vel totum Siracidis librum, vel magnam libri partem elucidantes. Boni consulo, & vehementer gaudeo, librum hæcenus Commentatoribus infæcundum tot gaudere Commentatorum industriâ & eruditione. Quid igitur ego consilii capiam? Opellam nostram operosè elaboratam publicabonè, vel continebo? Erit forsitan qui meam exprobrat reticentiam, cum plures benevolè amplectatur res Biblica sui Interpretes, & suus cuique expositori genius sit. Nihilominus tamen reticere, & meas apud me lucubratiunculas retinere satius judicavi, quàm actum agere, & ut aiunt, crambem coctam recoquere. Illa solum typis mandare serio censui, quæ consultissimo multorum judicio digna videntur luce, & eruditorum oculis. Nempe Commentarios in Caput dumtaxat 24. ut qui novo, ni me fallo, perpetuoque totius capitis deducto filo, rerumque ἀνορθία, tum JESU, tum Deiparæ glorias, necnon Romanæ Ecclesiæ, Religiosæ signatim, & Evangelicæ doctrinæ magnalia in eo capite contenta sedulo disquirant, quin morales theses prætermittant. Hæc, cum hæcenus sint, aut indeclarata penitus, aut levi aspersa luce, futura litteratis hominibus non molesta, quin grata habenda, speramus. Ut verò edisserenda à nobis luculentiora fiant, Faculam præmittimus, non ad totius Ecclesiastici libri lucem (quod de more suo eruditissimè peragit noster Cornelius in Prolegomenis) sed ad capitis tantummodo 24. elucidationem, quod nostrarum partium erit, & Deo annuente, præstabimus stylo non contentioso dumtaxat, sed florido & amæno.

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

A

S. I. Quid